

mulieris et non miraculose natus quia de iuencula quous d sene patre secunda ratio est quia iohanes in victu et vestitu magis asperam vitam quam christus agere videbatur. Nam tunicae de pilis camelorum habebat. et sonam pelliceam ad lumbos eius. et cibus eius locuste et mel siluestre. ut patet Matth. iij. christus autem communibus vestibus induebatur et cum cibo utebatur et cum hominibus in nuptiis et in conuiuiis comederat. Tertia ratio est. quia iohannes consortia hominum deuotabat et in deserto morabatur latitans in antris et in speluncis. donec spiritus sanctus ei dixit ut exiret ad perhibendum testimonium de christo. Et tunc venit ad iordanez predicans baptismum penitentiae. ut patet Luce. iij. Christus autem morabatur cum hominibus et conuersabatur cum peccatoribus et manducabat cum ipsis. ut patet Matth. xj. propterea ergo iudei ad iohannem legationem miserunt ut eum interrogarent an esset christus. Et respondit quia non sum ego christus.

Euangelium in gallicantu natiuitatis christi.

In illo tempore. Erigit edictum a cesare angusto ut describeretur vniuersus orbis. hec descriptio prima facta est a preside sirie cirino. Et ibant omnes ut profiterentur. singuli in sua ciuitatem. Ascendit autem et ioseph a galilea de ciuitate nazareth in iudeam ciuitatem dauid que vocatur bethleem. eo quod esset de domo et familia dauid

ut profiteretur cum maria de sponsata sibi uxore pregnante. Et factum est dum essent ibi impleti sunt dies ut pareretur. Et peperit filium suum primogenitum et panis eum inuoluit et reclinauit eum in presepio. quia non erat ei locus in diuersorio. Et pastores erant in regione eadem vigilantes et custodiētes vigilias noctis super gregem suum. Et ecce angelus domini stetit iuxta illos et claritas dei circumfulsit illos et timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus. Nolite timere. Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo. Quia natus est nobis hodie saluator qui est christus dominus in ciuitate dauid. Et hoc erit vobis signum. Inuenientis infantem pannis inuolutum et positum in presepio. Et subito facta est cum angelo multitudo militie celestis exercitus. laudantium deum et dicentium. Gloria in altissimis deo. Et in terra pax hominibus bone voluntatis.

Postilla.

Erigit edictum a cesare angusto Luce. ij. Historia huius euangelij facta est anno cristiprii vsuali. xij. kal. ianuarij. feria. iij. luna. xvij. inditiōe. iij. An initium illius euangelij scribit sanctus Luce. in predece. c. ortu sancti iohannis baptiste. s. quod